

Università degli Studi di Bari

Dipartimento di Lettere, Lingue, Arti. Italianistica e Letterature Comparate

Corso di Laurea in Lettere Triennale

curricula: Letteratura dell'età moderna e contemporanea, Cultura teatrale

Prof.ssa Stefania Santelia

Programma di Lingua e letteratura latina (ssd L-FIL-LET/04)

II anno

12 CFU

I semestre

Contenuti del corso: *Dalla Didone virgiliana al 'complesso' di Didone: le mille vite di un mito.*

Letture e commento di passi scelti dal IV libro delle *Eneide* e riflessioni sulle numerose e sempre diverse 'riletture' della vicenda della regina di Cartagine.

Nozioni di storia della letteratura latina; lettura, analisi e commento di brani scelti.

Organizzazione del corso:

il corso è organizzato in tre moduli:

- il primo modulo ha come argomento momenti significativi della letteratura latina, che videro affermarsi di specifiche tendenze letterarie e il fiorire di autori la cui importanza va ben oltre la letteratura latina in senso stretto;
- il secondo è dedicato alla lettura di testi particolarmente significativi e rappresentativi degli autori e dei generi più importanti, con l'attenzione rivolta sia all'inquadramento storico, sia agli aspetti linguistici, grammaticali e metrici;
- il terzo modulo prevede la lettura di passi scelti dal IV libro dell'*Eneide*. Sono previste lezioni di prosodia e metrica. Saranno invitati inoltre docenti a tenere lezioni dedicate alla fortuna del mito di Didone in ambiti diversi da quello letterario.

Bibliografia:

Parte istituzionale:

- A. Cavarzene, A. De Vivo, P. Mastandrea, *Letteratura latina. Una sintesi storica*, Carocci Editore, Roma 2015²
- P. Fedeli, *Il sapere letterario*, Ferraro Editore, Napoli 2004

Parte monografica:

- *Publio Virgilio Marone, Eneide*, traduzione a cura di A. Fo, note di F. Giannotti, Torino, Einaudi, 2012
- P. Bono- M.V. Tessitore, *Il mito di Didone: avventure di una regina tra secoli e culture*, Bruno Mondadori Edit., Milano 1998
- M. G. Vaglio, *Didone, per esempio. Nuove storie dal passato*, Roma, Editore Castelvevchi, 2014

Gli studenti non frequentanti (in possesso dell'attestato di studente non frequentante rilasciato dal Coordinatore del Corso di laurea, come indicato nel Regolamento didattico del corso) sono tenuti a concordare il programma d'esame con la docente.

E - Modalità di svolgimento dell'esame finale.

L'esame orale consiste in una verifica della preparazione del candidato in relazione ai diversi moduli di cui si compone il Corso.

Il **calendario degli esami** è pubblicato nelle bacheche del Corso di Laurea e reso disponibile sul sito del medesimo Corso di Laurea. Per iscriversi all'esame, è necessario prenotarsi tramite il sistema Esse3 e compilare il questionario sull'opinione degli studenti.

Gli studenti iscritti ai Corsi singoli possono utilizzare la prenotazione online solo se, all'atto dell'iscrizione, hanno specificato il Corso di Laurea a cui afferisce la disciplina scelta.

Orari di ricevimento del docente:

La docente riceve il venerdì dalle 9,30 alle 12,30, o anche in orari diversi da concordare.

E-mail del docente:

stefania.santelia@uniba.it

Programma di Letteratura Latina – Autori

Periodo arcaico

- Livio Andronico
- Nevio
- Ennio
- Plauto

I-II secolo a.C.

- Terenzio
- Lucilio

L'età di Cesare

- Cicerone
- Cesare
- Sallustio
- La poesia neoterica: Catullo
- Lucrezio

Il principato augusteo

- L'elegia latina: Tibullo e Propertio
- Virgilio
- Orazio
- Tito Livio
- Ovidio

L'età giulio-claudia

- Seneca
- Persio
- Lucano
- Petronio

L'età dei Flavi

- Plinio il Vecchio
- Quintiliano
- Marziale

L'impero nel II sec. d.C.

- Plinio il Giovane
- Tacito
- Giovenale
- Apuleio

1. P. Terentius Afer, *Hecyra*

PROLOGVS (I)

Hecyra est huic nomen fabulae. haec quom datast
novā, novom intervenit vitium et calamitas
ut neque spectari neque cognosci potuerit:
ita populu' studio stupidus in funambulo 5
animum occuparat. nunc haec planest pro nova,
et is qui scripsit hanc ob eam rem noluit
iterum referre ut iterum possit vendere.
alias cognostis eiu': quaeso hanc noscite. 9

PROLOGVS (II)

Orator ad vos venio ornatu prologi: 10
sinite exorator sim <eo>dem ut iure uti senem
liceat quo iure sum usus adulescentior,
novas qui exactas feci ut inveterascerent,
ne cum poeta scriptura evanesceret.
in îs quas primum Caecili didici novas 15
partim sum earum exactu', partim vix steti.
quia scibam dubiam fortunam esse scaenicam,
spe incerta certum mihi laborem sustuli,
<ea>dem agere coepi ut ab eodem alias discerem
novas, studiose nē illum ab studio abducerem. 20
perfeci ut spectarentur: ubi sunt cognitae,
placitae sunt. ita poetam restitui in locum
prope iam remmotum iniuria advorsarium
ab studio atque ab labore atque arte musica.

2. C. Iulius Caesar, *De Bello Gallico*, 1,1

[1] Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. [2] Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. [3] Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, [4] proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. [5] Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a

flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. [6] Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. [7] Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

3. M. Tullius Cicero, *In Catilinam*, 1, 1-2

1. Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque moverunt? Patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consili ceperis quem nostrum ignorare arbitraris?
2. O tempora, o mores! Senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consili particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitamus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem quam tu in nos omnis iam diu machinaris.

4. M. Tullius Cicero, *Pro Marcello*, 1-4

1. Diuturni silenti, patres conscripti, quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit, idemque initium quae vellem quaeque sentirem meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam ac paene divinam tacitus praeterire nullo modo possum.
2. M. enim Marcello vobis, patres conscripti, reique publicae reddito non illius solum sed etiam meam vocem et auctoritatem vobis et rei publicae conservatam ac restitutam puto. Dolebam enim, patres conscripti, et vehementer angebar, cum viderem virum talem, cum in eadem causa in qua ego fuisset, non in eadem esse fortuna, nec mihi persuadere poteram nec fas esse ducebam versari me in nostro vetere curriculo illo aemulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum quasi quodam socio a me et comite distracto. Ergo et mihi meae pristinae vitae consuetudinem, C. Caesar, interclusam aperuisti et his omnibus ad bene de re publica sperandum quasi signum aliquod sustulisti.
3. Intellectum est enim mihi quidem in multis et maxime in me ipso, sed paulo ante omnibus, cum M. Marcellum senatui reique publicae concessisti, commemoratis praesertim offensionibus, te auctoritatem huius ordinis dignitatemque rei publicae tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre. Ille quidem fructum omnis ante actae vitae hodierno

die maximum cepit, cum summo consensu senatus tum iudicio tuo gravissimo et maximo. Ex quo profecto intellegis quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto sit tanta gloria.

4. Est vero fortunatus cuius ex salute non minor paene ad omnis quam ad illum ventura sit laetitia pervenerit: quod quidem merito atque optimo iure contigit. Quis enim est illo aut nobilitate aut probitate aut optimarum artium studio aut innocentia aut ullo in laudis genere praestantior?

5. C. Sallustius Crispus, *Bellum Catilinae*, 1-2

1.1 Omneis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora, quae natura prona atque ventri oboedientia finxit. 2 sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est: animi imperio, corporis servitio magis utimur; alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commune est. 3 quo mihi rectius videtur ingeni quam virium opibus gloriam quaerere et, quoniam vita ipsa qua fruimur brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. 4 nam divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est, virtus clara aeternaque habetur. 5 Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederet. 6 nam et prius quam incipias consulto, et ubi consulueris mature facto opus est. 7 ita utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget.

2.1 igitur initio reges – nam in terris nomen imperi id primum fuit – divorsi pars ingenium, alii corpus exercebant: etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur; sua quoique satis placebant. 2 postea vero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere urbis atque nationes subigere, lubricinam dominandi causam belli habere, maxumam gloriam in maximo imperio putare, tum demum periculo atque negotiis conpertum est in bello plurimum ingenium posse. 3 quod si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita ut in bello valeret, aequabilius atque constantius sese res humanae haberent, neque aliud alio ferri neque mutari ac misceri omnia cerneret. 4 nam imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum est. 5 verum ubi pro labore desidia, pro continentia et aequitate lubricinam atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus inmutatur. 6 Ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur. 7 Quae homines arant navigant aedificant, virtuti omnia parent. 8 sed multi mortales, dediti ventri atque somno, indocti incultique vitam sicuti peregrinantes transigere; quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego vitam mortemque iuxta aestumo, quoniam de utraque siletur. 9 verum enim vero is demum mihi vivere atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.

6. C. Valerius Catullus, *Carmina*, 1

Cui dono lepidum novum libellum
arido modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
meas esse aliquid putare nugas

iam tum, cum ausus es unus Italorum 5
 omne aevum tribus explicare chartis,
 doctis, Iuppiter, et laboriosis.
 quare habe tibi quidquid hoc libelli,
 qualecumque quidem, patroni ut ergo
 plus uno maneat perenne saeclo. 10

7. P. Vergilius Maro, *Aeneis*, 1,1-33

Arma uirumque cano, Troiae qui primus ab oris
 Italiam fato profugus Lauiniaque uenit
 litora, multum ille et terris iactatus et alto
 ui superum, saeuae memorem Iunonis ob iram,
 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem 5
 inferretque deos Latio; genus unde Latinum
 Albanique patres atque altae moenia Romae.
 Musa, mihi causas memora, quo numine laeso
 quidue dolens regina deum tot uoluerit casus
 insignem pietate uirum, tot adire labores 10
 impulerit. tantaene animis caelestibus irae?
 Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni
 Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe
 ostia, diues opum studiisque asperrima belli,
 quam Iuno fertur terris magis omnibus unam 15
 posthabita coluisse Samo. hic illius arma,
 hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
 si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque.
 progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
 audierat Tyrias olim quae uerteret arces; 20
 hinc populum late regem belloque superbum
 uenturum excidio Libyae; sic uoluerit Parcas.
 id metuens ueterisque memor Saturnia belli,
 prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis;
 necdum etiam causae irarum saeuique dolores 25
 exciderant animo; manet alta mente repostum
 iudicium Paridis spretaeque iniuria formae
 et genus inuisum et rapti Ganymedis honores:
 his accensa super iactatos aequore toto
 Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli, 30
 arcebat longe Latio, multosque per annos
 errabant acti fati maria omnia circum.
 tantae molis erat Romanam condere gentem.

8. Sex. Propertius, *Elegiae*, 1,1

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
contactum nullis ante cupidinibus.
tum mihi constantis deiecit lumina fastus
et caput impositis pressit Amor pedibus,
donec me docuit castas odisse puellas 5
improbis, et nullo vivere consilio.
ei mihi, iam toto furor hic non deficit anno,
cum tamen adversos cogor habere deos.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
saevitiam durae contudit Iasidos. 10
nam modo Partheniis amens errabat in antris,
rursus in hirsutas ibat et ille feras;
ille etiam Hylaei percussus vulnere rami
saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
ergo velocem potuit domuisse puellam: 15
tantum in amore fides et benefacta valent.
in me tardus Amor non ullas cogitat artes,
nec meminit notas, ut prius, ire vias.
at vos, deductae quibus est fallacia lunae
et labor in magicis sacra piare focis, 20
en agedum dominae mentem convertite nostrae,
et facite illa meo palleat ore magis!
tunc ego crediderim Manes et sidera vobis
posse Cytinaeis ducere carminibus.
aut vos, qui sero lapsus revocatis, amici, 25
quaerite non sani pectoris auxilia.
fortiter et ferrum saevos patiemur et ignes,
sit modo libertas quae velit ira loqui.
ferte per extremas gentes et ferte per undas,
qua non ulla meum femina norit iter. 30
vos remanete, quibus facili deus annuit aure,
sitis et in tuto semper amore pares.
nam me nostra Venus noctes exercet amaras,
et nullo vacuus tempore defit Amor.
hoc, moneo, vitate malum: sua quemque moretur 35
cura, neque assueto mutet amore torum.
quod si quis monitis tardas adverterit aures,
heu referet quanto verba dolore mea!

9. P. Ovidius Naso, *Amores*, 1,1

Arma gravī numerō violentaque bella parābam
ēdere, māteriā conveniente modīs.
pār erat inferior versus; rīsisse Cupīdō
dīcitur atque ūnum surripuisse pedem.
“quis tibi, saeve puer, dedit hoc in carmina iūris? 5
Pīeridum vātēs, nōn tua, turba sumus.
quid, sī praecripiat flāvae Venus arma Minervae,
ventilet accēnsās flāva Minerva facēs?
quis probet in silvīs Cererem rēgnāre iugōsīs,
lēge pharētrātae virginis arva colī? 10
crīnibus īnsignem quis acūtā cuspide Phoebum
īnstruat, Āoniam Marte movente lyram?
sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia rēgna:
cūr opus adfectās ambitiōse novum?
an, quod ubīque, tuum est? tua sunt Helicōnia tempē? 15
vix etiam Phoebō iam lyra tūta sua est?
cum bene surrēxit versū nova pāgina prīmō,
attenuat nervōs proximus ille meōs.
nec mihi māteria est numerīs leviōribus apta,
aut puer aut longās cōmpta puella comās.” 20
questus eram, pharetrā cum prōtinus ille solūtā
lēgit in exitium spīcula facta meum
lūnāvitque genū sinuōsum fortiter arcum
“quod” que “canās, vātēs, accipe” dīxit “opus.”
mē miserum! certās habuit puer ille sagittās: 25
ūror, et in vacuō pectore rēgnat Amor.
sex mihi surgat opus numerīs, in quīnque resīdat;
ferrea cum vestrīs bella valēte modīs.
cingere lītoreā flāventia tempora myrtō,
Mūsa per undēnōs ēmodulanda pedēs!

10. L. Annaeus Seneca iunior, *De brevitāte vitae* 1-4

1 Maior pars mortalium, Pauline, de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrunt, adeo ut exceptis admodum paucis ceteros in ipso uitae adparatu uita destituat. nec huic publico, ut opinantur, malo turba tantum et imprudens uolgens ingemuit. clarorum quoque uirorum hic adfectus querellas euocauit: 2 inde illa maximi medicorum exclamatio est: uitam breuem esse, longam artem. inde Aristotelis cum rerum natura exigentis minime conueniens sapienti uiro lis: aetatis illam animalibus tantum indulgisse, ut quina aut dena secula educerent: homini in tam multa ac magna genito tanto ceteriorem terminum stare.

3 non exiguum temporis habemus, sed multum perdidimus. satis longa uita et in maximarum rerum consummationem: large data est, si tota bene conlocaretur. sed ubi per luxum ac neglegentiam diffluit, ubi nullae bonae rei inpenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. 4 ita est, non accipimus breuem uitam, sed facimus, nec inopes eius, sed prodigi sumus. sicut amplae et regiae opes ubi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur, at quamuis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt: ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

11. M. Valerius Martialis. Epigrammata, 2, praef.

'Quid nobis' inquis 'cum epistula? Parum enim tibi praestamus, si legimus epigrammata? Quid hic porro dicturus es quod non possis versibus dicere? Video quare tragoedia aut comoedia epistulam accipiant, quibus pro se loqui non licet: epigrammata curione non egent et contenta sunt sua, id est mala, lingua: in quacumque pagina visum est, epistulam faciunt. Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam et in toga saltantis inducere personam. Denique videris an te delectet contra retiarium ferula. Ego inter illos sedeo qui protinus reclamant'. Puto me hercules, Deciane, verum dicis. Quid si scias cum qua et quam longa epistula negotium fueris habiturus? Itaque quod exigit fiat. Debebunt tibi si qui in hunc librum inciderint quod ad primam paginam non lassum pervenient.

12. Cornelius Tacitus, De Vita Iulii Agricolae, 1-3

1.1 Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam. 2 sed apud priores ut agere digna memoratu pronum magisque in aperto erat, ita celeberrimus quisque ingenio ad prodenam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione bonae tantum conscientiae pretio ducebatur. 3 ac plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt, nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit: adeo virtutes isdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. 4 at nunc narraturo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuit, quam non petissem incusaturus: tam saeva et infesta virtutibus tempora.

2.1 Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. 2 scilicet illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. 3 dedimus profecto grande patientiae documentum; et sicut vetus aetas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones etiam

loquendi audiendique commercio. memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere.

3.1 Nunc demum redit animus; et quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res olim dissociabilis miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque cotidie felicitatem temporum Nerva Traianus, nec spem modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur adsumpserit, natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala; et ut corpora nostra lente augescunt, cito extinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius quam revocaveris: subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisae primo desidia postremo amatur.

Veig. Aem. IV

35 At regina gravi iamdudum saucia cura
 vulvus alit venis et caeco carpitur igni.
 multa viri virtus animo multaque recurset
 genitis honos; haerent infixi pectore vulvus
 5 verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.
 Postera Phoebea lustrabat lampade terras
 unentemque Aurora polo dimoverat umbram,
 cum sic utamman adloquitur male sana sororem:
 10 "Anna soror, quae me suspensam insomnia terrenti
 quis novus hic nostris successit sedibus hospes,
 quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!
 credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.
 degeneres animos timor arguit. heu! quibus ille
 15 iactatus fastis! quae bella exhausta canebat!
 si mihi non animo fixum immotumque sederet,
 ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
 postquam primus amor deceptam morte fefellit
 si non pertaesum thalami tædæque fuisset,
 huic uni forsam potui succumbere culpæ.
 20 Anna, fætor enim, miseri post fata Sychæi
 coniugis et sparsos fraterna caede Penates
 solus hic inflexit sensus animumque labantem
 impulit agnosco veteris vestigia flammae.
 sed mihi vel tellus optem prius ima delibescat
 vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
 25 pallentis umbras Erebo noctemque profundam,
 ante, Pudor, quam te violo aut tua iura resolvō.
 ille meos, prius qui me sibi iunxit, amores
 abstulit; ille habeat secum servetque sepulcro."
 30 sic effata sinum lacrimis implevit obortis.
 Anna refert: "o luce magis dilecta sorori,
 solane perpetua maerens carpere iuventa,
 nec dulcis natos Veneris nec præmia notis?
 35 id cinerem aut Manis credis curare sepultos?
 esto; aegram nulli quondam flexere marii,
 non Libyæ, non ante Tyro; despectus Iarbas
 ductoresque ahi, quos Africa terra triumphis
 40 dives alt; plactone etiam pugnabis amori?
 nec venit in mentem, quorum consederis arvis?
 hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello,
 et Numidae infremi cingunt et inhospita Syrtis;
 hinc deserta sili regio lateque fuentes
 Barcaei: quid bella Tyro surgentia dicam
 germanique minas...?"

1-89

55 dum pelago desaevit hiems et agnosus Orion,
 quassataeque rates, dum non tractabile caelum."
 His dictis incensum animum inflammavit amore
 spemque dedit dubiae menti solviturque pudorem.
 principio delubra adeunt pacemque per aras
 exquirunt; mactant lectas de more bidentis
 60 legiferæ Cereri Phoeboque patrique Lyæo,
 Iamoni ante omnis, cui vincla iugalia curæ;
 ipsa tenens dextra paternam pulcherrima Dido
 candentis vaccae media inter cornua fundit
 aut ante ora deum pinguis spatatur ad aras,
 instauratque diem domus, pecudumque reclusis
 65 pectoribus inlucens spirantia consulti exta.
 heu vatum ignaræ mentes! quid vota furentem,
 quid delubra iuvant? est mollis flamma medullas
 interea et tacitum vivit sub pectore vulvus.
 70 uritur infelix Dido totaque vagatur
 urbe furens, qualis coniecta cerva sagitta,
 quam proci incautam memora inter Cresia fixit
 pastor agens telis liquitque volatle ferrum
 nescius; illa fuga silvas saltusque peragrat
 75 Dictæos; haeret lateri letalis harundo.
 nunc media Aenean secum per moenia ducit
 Sidoriasque ostentat opes urbemque paratam;
 incipit effari, mediaque in voce resistit,
 nunc eadem labente die convivia quaerit,
 80 Iliacosque iterum demens audire labores
 exposcit pendetque iterum narrantis ab ore.
 post ubi digressi, lumenque obscura vicissim

85 Luna premit suadentque cadentia sidera somnos,
 sola domo maeret vacua stratisque relictis
 incubat, illum absens absentem auditque videtque,
 aut Gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
 dehinet, infandum si fallere possit anorem.
 non coepitæ adsurgunt turres, non arma inventus
 exeret portusve aut propugnacula bello
 tuta parant; pendent opera interrupta minaque
 90 murorum ingentes aequataque machina caelo.

170 ille dies primus læti primusque malorum
 causa fuit: neque enim specie fanave movetur
 nec iam furtivum Dido meditatur anorem;
 coniugium vocat; hoc prætexti nomine culpam.
 —
 175 Extemplo Libyæ magnas it Fama per urbes,
 Fama, malum qua non aliud velocius ullum.
 mobilitate viget viresque adquirit eundo;
 parva metu primo, mox sese attollit in auras
 ingrediturque solo et caput inter nubila condit.
 180 illam Terra parens, ira irritata deorum,
 extremam, ut perhibent, Coeo Enceladoque sororem
 progeniit, pedibus celerem et pernicibus alis,
 monstrum horrendum, ingens, cui, quot sunt corpore
 185 plumæ,
 tot vigiles oculi subter (mirabile dictu),
 tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris,
 nocte volat caeli medio terraeque per umbram,
 stridens, nec dulci declinat lumina somno;
 190 luce sedet custos aut summi culmine tecti,
 turribus aut altis, et magnas terreat urbes,
 tam ficti pravique tenax quam nuntia veri.
 haec tum multiplici populos sermone replebat
 gaudens, et pariter facta atque infecta canebat:
 195 venisse Aenean, Troiano sanguine cretum,
 cui se pulchra viro dignetur iungere Dido,
 nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere
 regnorum immemores turpique cupidine captos.
 haec passim dea foeda virum diffundit in ora.
 profectus ad regem cursus detorquebat Iarbas
 incenditque animum dictis atque aggerat iras.

169-197

7

At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
 praesensit motusque exceptit prima futuros,
 omnia tuta timens eadem impia fama furenti
 detulit armari classem cursuque parari.
 300 saevit inops animi totamque incensa per urbem
 bacchatur, qualis commotis excita sacris
 Thyias, ubi auditio stimulant tristerica Baccho
 origia nocturnusque vocat clamore Cithaeron.
 tandem his Aenean compellat vocibus ultro:
 305 "Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
 posse nefas tactusque mea decedere terra?
 nec te nostat amor nec te data dextera quondam
 nec mortua tenet crudeli finere Didō?
 quin etiam hiberno mobili sidere classem
 310 et mediis properas Aquilonibus ire per altum,
 crudelis? quid? si non arva aliena domosque
 ignotas peteres, et Troia antiqua maneret,
 Troia per undosum peteretur classibus aequor?
 mene fugis? per ego has lacrimas dextramque tuam te
 315 (quando abhūd mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui),
 per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,
 si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
 dulce meum, miserere domus labentis et istam,
 oro, si quis adhuc precibus locus, exire mentem.
 te propter Libycæ gentes Nomadumque Pyrami
 320 odere, infensi Tyrii: te propter eundem
 extinctus pudor et, qua sola sidera adham,
 fama prior, cui me moribundam deseris, hospes,
 hoc solum nomen quoniam de contige restat?
 325 quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater
 destruat aut captam ducat Gaetulus Iarbas?
 saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
 ante fugam suboles, si quis mihi parvulus aula
 luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,
 330 non equidem omnino capta ac deserta viderer."
 Dixerat ille Iovis monitis immota tenebat
 lumina et obnixus curam sub corde premebat.
 tandem pauca refert: "ego te, quae plurima fando
 335 enumerare vales, nunquam, regina, negabo
 promeritam, nec me meminisse pigebit Elisæe,
 dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
 pro te pauca loquar: neque ego hanc abscondere furto
 speravi (ne finge) fugam, nec contingis unquam
 340 praetendi taedas aut haec in foedera veni.
 me si fata meis paterentur ducere vitam
 auspiciis et sponte mea componere curas,
 nubem Troianam primum dulcisque meorum
 reliquias colerem, Priami tecta alta manerent,
 et recidiva manu possissem Pergama vicis.

345 sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
 Italiam Lycaiae iussere capessere sortes;
 hic amor, haec patria est. si te Karthaginiis arces
 Phoenissam Libycæque aspectus detinet urbis,
 350 quae tandem Ausonia Tencros considerare terra
 invidiā est? et nos fas extera quaerere regna.
 me patris Anchisæe, quotiens umeribus umbris
 nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,
 admonet in somnis et turbida terret imago;
 355 me puer Ascanius capitisque iniuria cari,
 quem regno Hesperiae fraude et fatalibus arvis,
 nunc etiam interpres divinum, Iove missus ab ipso
 (testor utrumque caput), celeris mandata per auras
 detulit, ipse deum manifesto in lumine vidi
 360 intrantem muros vocemque his auribus hausit.
 desine meque tuis incendere teque querelis.
 Italiam non sponte sequor . . ."
 Talia dicentem iam dudum averta tuetur,
 huc illic volvens oculos, totumque pererrat
 365 luminibus tacitis et sic accensa profatur:
 "nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
 perfide, sed duris genuit te cauitibus horrens
 Caucasus, Hyrcanaeque admirant ubera tigres.
